Iam uero et in secunda apparici-
one vide si non manifeste vocis
paterne testimonio dei filius appro-
batur. celi namque aperti sunt super eum:
et descendit spiritus sanctus corporali
specie sicut columba in illum.
et vox patris audita est: hic est
filius meus dilectus in quo michi
bene complacui. Satis equidem
manifestum est ex hoc ipso. sa-
tis euidens et indubitabile. quo-
niam dei filium necesse est deum esse: nam
et filios hominum homines: et ipsorum
quoque fetus animalium ex eodem
cum eis genere esse nemo qui dubi-
tet. Verumptamen ut nullus sacri-
lego errori remaneat locus:
qui in prima apparicione verus
homo et filius hominis declaratur:
in secunda verus nichilominus
dei filius: in tercia verus deus.
et auctor nature probatur ad cu-
ius nutum natura mutatur. Ideo
ergo dilectissimi christum ihesum diliga-
mus. ut verum hominem et fratrem
nostrum: honoremus ut dei filium:
adoremus ut deum. Secure cre-
damus in eum. secure ei credamus
nos ipsos fratres eius: cum nec po-
testas deest saluandi nos. cum
sit deus verus et dei filius: nec
bona voluntas deest. cum sit ipse
unus ex nobis. verus homo et filius
hominis. Quid namque nobis erit
memorabilius: ipse quos fratres
et similes nobis passibilibus: Iam
si desideratis super hijs appari-
cionibus aliquid ad edificacio-
nem morum audire: istud attendi-
te. quod primum omnium christus apparet
puer cum virgine matre: ut sim-
plicitatem et verecundiam ante omnia
querendam nobis doceat esse.

Iam et pueris simplicitatis na-
turalibus: et cognatam virginibus
verecundiam esse. Omnibus quoque nobis in
conversionis initio. nulla magis
virtus est necessaria. quam simplicitas
humilis: et castitas verecunda.
In secunda uero apparicione venit
saluator ad aquas baptismi:
non quidem lauandus: sed magis
a patre testimonium accepturus.
Hec sunt lacrime devocionis.
in quibus non indulgencia pecca-
torum. sed beneplaciti queritur dei
patris. cum descendit in nos spiritus
adopcionis filiorum: testimonium
perhibens spiritui nostro quod sumus
filij dei: ut mellifluam de celo
vocem videamur audire: quia
vere deus pater in nobis complacet
sibi. Nec parum distat inter
has lacrimas devocionis et
etatis utique iam virilis: atque
eas quas primeua etas inter in-
fancie vagitus emisit. lacri-
mas utique penitencie et confessionis.
Verumptamen longe amplius
utrasque precellunt alie quedam
lacrime: quibus et infunditur
sapor vini. Illas enim lacri-
mas vere in vinum mutari dixe-
rim. que fraterne compassionis
affectu in feruore procedunt cari-
tatis: pro qua et ad horam
turpius inmemor esse. sobria quo-
dam ebrietate videris. Sermo
in octava epiphanie et de circumcisione et
et baptismo et verbo
domini ad iohannem

Populo duro cer-
uicis cultellus
erat necessarius et
lapideis cordibus.
merito cultellum lapideum debebant:

qualibus a iheſu naue ſcā circū
ciſio medorat. Noſter aūt iheſus
tamq̄ agnus manſuetus oēm ab
ſtulit auſteritatē. ¶ Nunc agnus
es et lana et lacte veniens:
auffer a me obſecro cultellum
iſtum. Durū enī videtur et cru
dele: puulo recens nato. cultrū
lapideū adhibere. Sic agit
inſcitorum duritiā duris congruā
ſeruus. filius cōmutauit in man
ſuetudine: ut rubigine pcti o
riginalis quā vix cultello circū
de poterat. ex hoc iam cū vnc
tione grē facile lauet aqua.
¶ Nichil g°. mirū. ſi p diuer
ſitate tpm mutata ſunt ſacra
menta: ut daretur utriſq3 quod
eis congruū erat. Ipē vero
xp̄e vtrūq3 ſuſcepit. ut tanq̄
lapis angularis vtriq3 parieti
adhereret: ac ſi duarū capita cor
rigiarū conſuetudo connecte
ret: ſicut et paſcha figuratū
ipē compleuit: et verū ptinus
inchoauit. ¶ Sed et pptea
voluit circumcidi ut oſtenderet
auctorē ſe eē veteris legis. ſi
cut et ewangelij: qm̄ qui per
ſcripm ait. niſi quis renatus fu
erit ex aqua et ſpū ſcō. et cre
diderit: ipē idem p ſeruum
ſuū prius dixerat. Omnis aīma
cuius ppucij caro circūciſa non
fuerit: peribit de pplō ſuo. Quod
ſi ſolū baptiſma ſuſcepiſſet:
videri poterat refugiſſe cir
cūciſionē: tanq̄ nichil ad ſe p
tineret. Si uero circūcideretur et
non baptizaretur: qm̄ in pſua
deri poſſet baptizari circū
ciſione relicta. Fuit itaq3 pᵒ
circūciſionē baptiſma ſuſcipi

ens. illud michi tenedū tradidit:
qdᵒ ultimo loco ſuſcepit. Deniq3
cōmunitatis amator et cōmenda
tor. qui habitare facit vnius mo
ris in domo: quo cōmunitatē
deſereret. et alios ſcandalizaret.
Hic enī ſcandalizaret iudeos in
dentes cum nō circūcidi: ſicut
hodie ſcandalizaret etiā. ſi
infantē videret nō baptizari.
Nec ſolū cōmunitatis et vnita
tis bonū cōmendare. ſed et
humilitatē voluit exhibere: ut liga
turā vulneratorū ſuſciperet: qui
ſolus erat abſq3 vulnere. Hic
enī dicit aplus. Miſit deus filiū
ſuū in mūdū factū ex muliere
factū ſub lege. Verū ne quis
forte diceret. q circūciſus eſt
parentes fecerūt. puulus enī
erat: iam triginta annorum ad bap
tiſma ipē preexit. Inclinatur
ſub baptiſte manibus caput tre
mēdū ptatibus: principatibus
adorandū. ¶ Quid mirū ſi bap
tiſta contremuit? Quis vel ip
ſa cogitatione nō contremiſcat.
O qm̄ altū erit in iudicio caput
quod modo ſic inclinatur: et ver
tex qui mō tam humilis videtur.
qm̄ ſublimis et excelſus tunc
apparebit. Sine inquit modo:
ſic enī decet nos implē oēm iuſ
titiā. Siquidē qui in plenitudine
tpis venit. et in quo habitat
omnis plenitudo diuinitatis cor
paliter: nichil nouit niſi plenū.
Nam legē non venit ſoluere: ſed
implē. ¶ Eſt aūt iuſticia quedā
ſtricta et anguſta valde: ita
ut qm̄ cito pede vertis. in pcī
foueā cadas: nec ppone ſe eq̄
li nec equare pposito. Huius

diffinicio eſt reddere cuiq; quod ſu-
um eſt. Altera latior eſt et am-
plior iuſticia: nec equare ſe
pari. nec inferiori preponere. Sicut
enim grandis et grauis ſuperbia eſt
preferre ſe equali. aut equare
prelato: ita magne humilitatis eſt
inferiorem ſe exhibere equali: aut
equalem inferiori. Maxima et
plena iuſticia eſt: inferiorem
exhibere etiam ipſi inferiori. Sicut
enim ſumma et intolerabilis ſuperbia
eſt ſuperiori ſe preponere: ita inferio-
ri ſe ſubdere ſumma et plena
iuſticia eſt. Quod Johannes ait. ego
a te debeo baptizari. de pri-
ma fuit: quia ſuperiori ſe ſubdi-
dit. Quod autem xpc fecit. de plena
iuſticia fecit: ſiquidem ille ſer-
uuli ſui ſe manibus inclinauit.
Videat nunc vniuſquiſq; quem
imitetur: hunc an eum qui extollitur
ſuper omne quod creditur deus aut
colitur. Studeamus et nos
obſeruare fratres adimplere omnem
iuſticiam: ipſa enim eſt via per
quam ad leticiam peruenitur. Nam
leticia premium eſt: iuſticia vero
meritum et materia. Sed de ipſa
iuſticia erit leticia mira: cum
xpc apparebit vita noſtra. et nos
cum ipſo apparebimus in gloria: quoniam
ipſe eſt qui factus eſt nobis a deo
ſapiencia iuſticia. Sunt vero qui etiam
nunc de iuſticia letantur. et exhi-
larantur in conſcienciis ſuis: ſugen-
tes mel de petra. oleumq; de
ſaxo duriſſimo. Nunc enim videtur
laborioſa iuſticia: ſed veniet
cum in ſuauitate et iocunditate
ſine omni labore deſideretur. et ha-
beat et amet et percipiat: cum
fruentur ipſa iuſticia. Ve autem
hiis qui pretergrediuntur viam:
qui relicta iuſticia. vanam et tran-
ſitoriam leticiam querunt. Cum enim de
tranſitoriis querunt leticiam: non
poterit non tranſire. tranſeuntibus
hiis de quibus erat. Sicut enim
lignis deficientibus ignis deficit:
ſic mundus tranſit et concupiſcencia
eius: haut dubium quin et leticia eius.

Sermo de ewangelica leccione ubi
continetur miraculum factum
in nuptiis. Sermo

In leccione ſancti ewangelii …
hodie fratres audiuimus: quia
dominus noſter inuitatus ad nuptias.
Faciamus ergo quod alibi monet:
et ſtudeamus ſimiles fieri
hominibus expectantibus dominum ſuum
quando reuertatur a nuptiis. Sed tenenti
curruum in agro. et vendenti
aliquid vel emere in foro: non
dicimus quid expectas. Neque enim
ſimiles ſunt expectantibus. Eum vero
quem videmus ſtare ante ianuam.
pulſare crebrius: ſepius ad
feneſtras ſuſpirare: nichil mi-
rum ſi dicitur: quid expectas.
Illi ergo ſunt ſimiles expectantibus:
qui non ſurda aure audierunt.
vacate et videte quoniam ego ſum
deus. // Veniet dominus expec-
tantibus eum in veritate: qualis e-
rat qui dixit. expectans expectaui
dominum. Veniet tamquam reuertens
a nuptiis inebriatus. ~~vel inebri-
atus~~ vino caritatis: et immemor
iniquitatum noſtrarum. Veniet non
expectantibus: tamquam reuertens a
nuptiis. tamquam potens crapu-
latus a vino: ve ebrius et
immemor miſerationum ſuarum. Tunc
enim grauiter ad illos: obliuiſcetur